



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 6. S. Hilarii Arelatensis Virtutes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

Sæculum V. ad Albinum, Præfectum Prætorio, & P.  
A.C. 445. tricum directa est, & tertio Idus Martii  
Callypio Consulatum gerente, nemp  
13. Martii, anno 447. data.

## §. VI.

*S. Hilarii Arelatensis virtutes.*

*Vita Hilar.* Sanctus Hilarius, postquam Arelaten  
c. 17. rediit, omnem conatum adhibuit, ut  
S. Leonis animum mitigaret; hunc in  
finem plures scripsit epistolas. Primo  
Romam misit Ravennium Presbyterum  
suum in Episcopatu Successorem, deinde  
etiam Nectarium, & Constantium Epis-  
copos, quos Auxiliaris, Galliarum Præ-  
fectus, tunc Romæ præsens, exhibitis  
magnæ Reverentiae signis exceptit; sæpe  
cum ipsis de S. Hilarii virtutibus, præser-  
tim de ejus constantia, & rerum huma-  
narum contemptu colloqui amabat. S.  
Leoni etiam Papæ locutus est, ut ipse  
met refert, ad S. Hilarium scribens, &  
subjungit: *ægre ferunt Homines, si ea lo-*  
*quamur fiducia, quam bona Conscientia*

sugge-

hac Lege Imperator Valentinianus; *ipso facto Cl-*  
*ricorum Nomine preventur, hæc verba facile ex-*  
*plicari, & intelligi possunt non de Canonica De-*  
*positione, sed de tali, quæ solummodo in Foro*  
*Civili effectum haberet; Quod autem Episcopi &*  
*Regibus Christianis in Exilium mittantur, hoc ipso*  
*anno 1757. Exempla suppetunt.*

suggerit, & delicatissimæ sunt Romano-Sæculum V.  
rum aures; si paululum cederes, multum A. C. 445.  
lucri, & nullum detrimentum relaturus  
esset. Da istud precibus meis! & modica  
mutatione has nubeculas dissipa. Hoc Re- e. 8.

sponso accepto, S. Hilarius rursus se Boni  
Pastoris officiis, & Pietatis operibus to-  
tum dedit, eoque fervore, ac si tunc pri-  
mum cœpisset; nulla alia cura viri Sancti  
animum, tribus, quatuorve annis, quibus  
supervixit, nempe usque ad annum 449.  
occupavit. (\*)

Jam a sui Episcopatus Primordio pau- c. 8.  
pertatis, & corporis macerationum stu- Sup. XXIV  
diosissimus, qualis Monachus fuerat, per- §. 57.  
mansit. Eadem tunica, quæ a Cilicio  
non abhorrebat, tam in æstate, quam  
hieme contentus erat; nudis semper in- c. 14.  
cedebat pedibus, & suis manibus labora-  
bat. Mensulam sibi poni jubebat, cum c. 12.  
libro, & filis, Notarius quoque ad seri-  
bendum paratus aderat; ipse subinde le-  
gebat, dictabatve, interim manibus fila S. Hilarius.  
tractans, & innectens funes. In terra Gennad.  
etiam colenda supra vires laborabat, vir c. 68.  
pro nobilissimæ stirpis conditione educa- c. 13.  
tus. Reficiendi semper aderat, qui præ-  
legeret, qui mos ipso Auctore in Civi-  
tates

(\*) Anonymus I. Fleurum arguit, quod Causæ  
S. Hilarii plus justo faveat; ipse vero in hac sua  
observatione eandem nimium deprimere vide-  
tur.

Sæculum V. tates introductus est. Die Dominica  
A. C. 445. media nocte surgens, triginta milia  
 seu decem Leucas, (\*) pedes conficiebat  
 officio intererat, sub quo concionabatur  
 quæ omnia usque ad horam septimam, i.  
 est, primam pomeridianam tenebant. In  
 domo communi cum Clericis suis degge-  
 bat, unam tantum, sicut alii, Cellam  
 habens. Ea in pauperes Charitate dis-  
 grabat, ut ad redimendos captivos, qua-  
 cunque in Ecclesiis ornamenta ex argenti  
 essent, & ipsa Vasa Sacra, vendi jussit,  
 posthac Patenis, & Calicibus vitreis usus.

S. Hilarius etiam arte benedicendi  
 c. II. pro illius ætatis cultura præstabat, &  
 Stili ejus Specimen in Elogio S. Honorati,  
 Antecessoris sui, habemus. Diebus Je-  
 junii a Meridie usque ad horam quartam  
 suis sermonibus populum informabat; i.  
 nullos præter agrestes haberet auditores,  
 ipsorum ruditati stylum simplicem accom-  
 modabat, moxque oratione magis culta  
 differebat, si doctiores supervenissent  
 ita nempe utramque Dictionem in pos-  
 state habebat. Præfectum illius tempo-  
 ris saepius, at privatim, commonuerat  
 quod, Judicia ferens, in leges æquitatis  
 peccaret; verum nulla sequebatur emen-  
 datio; cum quadam die, comitantibus

c. 10. Mi-

(\*) Hic bene observat Anonymus I. Fleurius  
 non advertisse, erratum esse in numero.

Ministris, Ecclesiam intrasset, tempore, Sæculum V.  
quo S. Hilarius dicebat ad populum, S. A.C. 445.

Episcopus sermonem abrūpit, dicens, indignum esse Præfectum, qui cœlestem alimoniam acciperet, postquam data sibi Salutis Monita contempſisset. Præfectus, confusioneſ non ferens, exiit, & vir Sanctus incepta orationem prosecutus est. Talis erat hujus Sancti Episcopi vita; at vero, fracta per jejunia, & labores continuos valetudine, annos non plures quadraginta octo natus, consumptus est.

Vitam ejus scripsit Honoratus, Episcopus Gennad. c.  
Massiliensis, ejusdem Discipulus, qui te. ult. Vit. to.  
statum facit, ab Hilario conscriptas Ho. i. S. Leon.  
milia in omnia anni Festa, Expositionem <sup>Martyr. R.</sup> Maji. v.  
in Symbolum, & magnum Epistolarum ibi Barou.  
numerum superfuisse. (\*)

### §. VII.

(\*) Der schmähsüchtige Ueberſetzer, an statt daß er hätte einen gröſſern Fleiß auf die Ueberſetzung ſelbst, welche in diesen Blättern voll der Fehler ist, anwenden ſollen, hat hier eine Anmerkung angehängt, part. 4. in welcher er den Heil. Leo beschimpft; er saget: Vom Pabſte Leo ist es nicht der feinſte Handel gewesen, den er mit Hilario vorgehabt. Denn er nahm erſtlich auf eine widerrechtliche, und den Kirchen-Gesetzen zuwiderlaufende Art, eine Appella-tion an. Und ſo weiter rückt er ihm noch ſieben oder acht grobe Vergehungenvor, gleich als wenn er das Jus Canonicum berrer verſtünde, als der H. Leo Magnus.